

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 931

**Auteur(s) :** Henri II, Bayeux (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux, Notre-Dame (cathédrale)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1181-1198]

**Lieu d'émission :** Bayeux

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri II, évêque de Bayeux, notifie et confirme la donation de l'église de Pert faite au chapitre de Bayeux par Guillaume de Semilly, fils d'Enguerrand du Hommet.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiæ Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CXL, t. 1, p. 170-171.

## Dissertation critique

Datation proposée par V. Boourrienne.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia Baiocensis episcopus, universis Christi fidelibus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Willelmus de Similleio, filius Engerrandi de Humeto, reddidit et concessit ecclesiæ Baiocensi ecclesiam de Pert, integre a canonicis Baiocensis ecclesiæ in communia habendam, scilicet, cum duabus garbis decimæ, et tercia, de tota parrochia et terra elemosinæ, et, annis singulis, centum anguillis, et prato, et omnibus aliis pertinentiis, quam Willelmus de Similleio, avus suus, prius dictæ ecclesiæ Baiocensi donaverat, secuto postea assensu Cæciliae, filiae et hæredis suæ, et matris prædicti Willelmi. Nos autem, ad cujus dominium pertinent ecclesia et parrochia de Pert, huic concessioni assensum præbuimus, et nostram impertivimus auctoritatem. Noverit etiam universitas vestra quod dictus Willelmus, filius Engerrandi, in præsentia nostra, super sancta evangelia juravit quod prædictam concessionem in perpetuum tenebit, et dictam ecclesiam de Pert, ubicumque necesse fuerit, ecclesiæ Baiocensi garantizabit. Ut autem dicta concessio et noster interveniens assensus in perpetuum memoriter teneantur, et inviolabile robur obtineant, ea duximus scripturæ testimonio commendanda, et sigilli nostri munimine roboranda. Testibus his : magistro Rannulfo, cancellario ; Jordano, et Roberto, et Radulfo, archidiaconis Baiocensibus ; Patricio, subdecano ; Henrico, succentore ; Henrico, custode ; Ricardo, filio Mauricii ; Johanne Groignet ; Rogero Bove ; Gaufrido, et Thoma de Anfrevilla ; Roberto de Perreriis ; Willelmo Godriz ; et Petro de Bosco, canoniciis ; Petro de Lamberville ; Henrico Malherba ; magistro Godardo ; Willelmo de Reveriis ; Willelmo de Grae ; Willelmo de Wierville ; Ranulfo de Pert ; Rogero de Logis ; Rogero Gernun (?) de Monte Raimboult ; Widone de Maigneo, militibus ; Robino de Similleio ; et multis aliis.